

Bestiaire, flore et métaphores agricoles dans la théorie poétique néo-latine

Virginie Leroux (EPHE, PSL)

Corpus examiné

Les poétiques horatiennes et quintilianisantes

- DELLA FONTE ou FONZIO, Bartolommeo (FONTIUS); *De poetice ad Laurentium Medicem libri III*, éd. C. Trinkaus, « The Unknown Quattrocento Poetics of Bartolommeo della Fonte », *Studies in the Renaissance*, 13, 1966, p. 95-122.
- VADIAN, Joachim ou VON WATT, Joachim (VADIANUS), *De poetica et carminis ratione liber ad Melchiorem Vadianum Fratrem*, Vienne, J. Singriener, 1518/ *De poetica et carminis ratione*, éd. P. Schäffer, Munich, W. Fink, 1973-1977.
- VIDA, Marco Girolamo (VIDA, Marcus Hieronymus), *De arte poetica libri III*, Rome, L. Vincenti, mai 1527/ *De arte poetica. Art poétique*, éd. J. Pappe, Genève, Droz, 2013.

Les poétiques aristotéliennes

- MINTURNO, Antonio Sebastiano, *De Poeta [...] libri sex*, Venise, F. Rampazzetto, 1559.
- SCALIGER, Jules-César, *Poetices libri septem*, Lyon, chez A. Vincent et [Genève] chez Jean Crespin, 1561.
- VIPERANO, Giovanni Antonio, *De Poetica libri tres*, Anvers, C. Plantin, 1579.
- PONTANUS, Jacobus S.J. [Jakob Spanmueller, dit], *Poeticarum institutionum libri tres. Eiusdem Tyrocinium poeticum*, Ingolstadt, David Sartorius, 1594.

Un paysage métapoétique

Tum Gauricum. Imo uero Socratem ipsum, quem si *platani umbra, quae patulis diffusa ramis locum opacabat*, si *suauitas florum, quae odore omnia complebant*, si *uirentis herbae ubertas, quae in prato recumbentium capita molliter suscipiebat*, si dulce quiddam spirans aura, quae *flores excitans*, aestum leuabat, si frigentis aquae fons nitidissimus, qua et Platanus, et herba crescebat, si Nympharum effigies expressae, quae fontem Diis esse consecratum significabant, si denique cicadarum suaue illud, et canorum, quo undique collis resonabat, quum Philosophum inquam, ita grauem, et seuerum, si haec omnia delectabant, et ad pulcherrimum illum de pulchritudine sermonem excitarunt, quid nos non adeo duros homines hic locus *amoenissimae huius orae* ocellus, hic sinus amoenitatis, haec uilla tam ornate, apteque posita, hoc promontorium *iucundissimum*, uera oblectatio animi, requiesque curarum, hic collium tam late, *ac tam iucunde uirentium situs*, haec tanta *felicissimarum arborum copia*, haec tam laeta *pratuli herbescentis uiriditas*, haec tam *pulchra florum uarietas*, hic odor tam *suauis*, hi scopuli tam herbosi, hoc mare ita tranquillum ; quod prope sedentium pedes murmura funditur tam leni ; in quo non modo piscium greges, sed Nymphas etiam, easque uiuentes, non aut in marmore, aut in tabula effictas ; quae per undas, et inter delphinos collundunt, licet interdum aspicias ; *haec genitabilis, ut ait Lucretius, aura fauonii, hic denique tam dulcis, et tam frequens auium concentus*. Nonne haec tam multa et tam iucunda ad aliquem sermonem cum summa nos animorum delectatione hortabuntur ? Minturno, prologue du *De poeta* (1559)

Corpus retenu

Les poétiques horatiennes et quintilianisantes.

- **VADIAN, Joachim ou VON WATT, Joachim** (VADIANUS), *De poetica et carminis ratione liber ad Melchiorum Vadianum Fratrem*, Vienne, J. Singriener, 1518/ *De poetica et carminis ratione*, éd. P. Schäffer, Munich, W. Fink, 1973-1977.
- **VIDA, Marco Girolamo** (VIDA, Marcus Hieronymus), *De arte poetica libri III*, Rome, L. Vincenti, mai 1527/ *De arte poetica. Art poétique*, éd. J. Pappé, Genève, Droz, 2013.

Les poétiques aristotéliennes

- **SCALIGER, Jules-César**, *Poetices libri septem*, Lyon, chez A. Vincent et [Genève] chez Jean Crespin, 1561.

Enjeux éthiques de la métaphore de la greffe dans le *De Sermone* de Giovanni Pontano

*Perinde enim ut sterilibus in arboribus insitionis arte utuntur agricolae, quo foecundas illas atque hortenses efficiant e siluaticis, sic faceti homines arte adhibita ac translationibus usi, rem naturaliter turpem dictis honestant et quod ipsum per se oscenum est in lepidum uertunt ac facetum. (...) Forte igitur ea praeteriens Rodoricus Hispalensis, uir et suavis et qui aulicorum mores notos haberet, cum animaduerneret cucurbitulam quasi quandam pendere ad illius ramices « mirum ne, inquit, uideatur grandiusculam eam esse, quae in sterquilinio coaluerit ? » Videtisne ars ingenio comitata quid praestiterit ? Adhibita enim translatione uirilis membri in cucurbitulam, primo uerbum honestauit, deinde rem turpem honestis uocibus et expressit et accusauit, eadem translatione usus. Cucurbita enim fumo saturata mirifice grandescit. Quo etiam uerborum honestamento turpem illius usum in re uenerea expressit et ridiculum fecit. Pontano, *De sermone*, a cura di Alessandra Mantovani, Rome, Carocci editore, 2002, IV, 2, p. 318.*

Vadian et Quintilien: *similitudo et exemplum*

ut, si animum dicas excolendum, similitudine utaris terrae, quae neglecta sentes ac dumos, culta fructus creat: aut, si ad curam rei publicae horteris, ostendas apes etiam formicasque, non modo muta sed etiam parva animalia, in commune tamen laborare. Institution oratoire, V, 11, 24.

Par exemple, si l'on dit qu'il faut cultiver l'esprit, on prendra comme point de comparaison la terre, qui, négligée, donne des ronces et des épines, cultivée, des fruits; ou, pour exhorter à l'action politique, on peut montrer que même les abeilles et les fourmis, qui sont des êtres dénués de parole et qui sont même des petits animaux, n'en travaillent pas moins pour la communauté.

Qui de l'art ou de la nature contribue le plus à l'éloquence ?

[1] Scio quaeri etiam naturane plus ad eloquentiam conferat an doctrina. Quod ad propositum quidem operis nostri nihil pertinet (neque enim consummatus orator nisi ex utroque fieri potest), plurimum tamen referre arbitror quam [2] esse in hoc loco quaestionem uelimus. Nam si parti utrilibet omnino alteram detrahas, natura etiam sine doctrina multum ualebit, doctrina nulla esse sine natura poterit. Sin ex pari coeant, in mediocribus quidem utrisque maius adhuc naturae credam esse momentum, consummatos autem plus doctrinae debere quam naturae putabo; *sicut terrae nullam fertilitatem habenti nihil optimus agricola profuerit: e terra uberi utile aliquid etiam nullo colente nascetur: at in solo [3] fecundo plus cultor quam ipsa per se bonitas soli efficiet.* Et si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallet rude: at si illud idem artifex expolisset, plus in manibus fuisset quam in marmore. Denique natura materia doctrinae est: haec fingit, illa fingitur. Nihil ars sine materia, materiae etiam sine arte pretium est; ars summa materia optima melior.

L'interprétation de Vadian

Haec divinus et summi iudicii Rhetor Quintilianus. In quibus signate admodum (ut horum tibi sim **interpres**) ingenium, cui deest naturae ad doctrinam aliquam amplexandam proclivitas, **sterili arvo comparat quod nihil utcunque cultum gignat** ; si vero quid gignat, **nonnisi insipidum immaturumque esse posse**, quemadmodum et rudi atque ignobili saxo formatum opus nunquam tantum aut venustatis aut gratiae habebit, quin Parium marmor, ut e monte depromptum est nulla formatum effigie, gratia et nobilitate praecellat. Chapitre X, *Quanta naturae in omnium artium consummatione maiestas sit et Potentia*, éd. P. Schäffer, t. I, p. 87.

La valorisation de l'exercice

Exercitium quaecunque aut a natura suscepimus aut bonis ipsi per artium studia praestitimus ita reficit, firmat et absolvit, **ut marcescentem frigore terram spirantes favonii et verna ipsa temperies solet, quum in nostra signa conscendens Phoebus suo calore cuncta provocat. Et Venerem inducit laetam et decus addit agellis.** Nisi enim naturae quantumis bonae usus et exercitatio quae artis rationem gubernetur accedat, haud magnum ex alterutro fructum expectabimus : natura enim pullulans et subinde ad id quod intendit cohortans usu carens collabascit iniuria, **ut surculus quem terra gignit obaescit, si aut loci molestia aut aeris aestu nullo nutricante fluore deseritur.** Chapitre XII, *Quanta sit exercitii vis in omni re*, éd. Schäffer, t. I, p. 92.

Greffe et imitation

Praeterea omnia ea quae apud alios legis in illum ceu adiumenti locum conferre, **et quasi plantaria in id arbustum transferre quod maxime tibi excolendum insumpseris**, nec magni esse piaculi crediderim etiam vitia sequi et specie boni in nobili autore falli ; quomodo enim in primis studiis omnia rite dispiciet cui verum vixdum nisi praevio ductore cognoscere datur ?
Chapitre XXVIII, *De imitatione : quantum prosit : et quatenus ea utendum*, t. I, p. 245-246

Les épines et les fleurs

Nam ut boni fructus pretium habent quocunque in agro crescent, ita publica favore digna ipsa veritas est, quicunque eius sit autor, maxime si communiter assertis adiumento esse potest. Epicurus in multis noxiae doctrinae philosophus fuit. Ex eo tamen se profecisse ait Seneca in dies magis, dum quasi inter spinas obambulando salubrium herbarum flores decerpsit. Chapitre XXI, *Illustrium rerum scriptores testimoniis sententiisque Poetarum frequenter usos esse*, éd. P. Schäffer, t. I, p. 190.

Paysages métapoétiques

Elegia quoque graecos prouocamus, cuius mihi tersus atque elegans maxime uidetur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius utroque lasciuior, sicut durior Gallus. Quintilien, inst. 10, 1, 93.

*Ego ut Tibullo elegantia et suauitate inferiorem esse puto, ita doctrina multifaria quam ex Graecorum bona parte fontibus hausisse deprenditur et uerborum nonnullorum gratiosa quadam nouitate Tibullo priorem statuo. Quod si unum alteri contuleris, adsmililis Tibullus est amni placido, plano alueo **per floridos agros defluenti**, limpidae undae et suauis haustus, at Propertius torrenti similior, ad iniqua saepe illis littora atque ipso asperior uado celeriorque decursus, cuius tamen undas ex montanis plane fontibus deriuari dixeris. Eminent ergo in Tibullo suauitas, in Propertio doctrina, in utroque artis ingeniique plurimum. Vadian, éd.Schäffer, cap. 29, I, p. 266.*

*Medius hic modus et translationibus crebrior et figuris erit iucundior, egressionibus **amoenus**, compositione aptus, sententiis dulcis, lenior tamquam amnis et lucidus quidem sed **virentibus utrimque ripis inumbratus**. At ille qui saxa devolvat et « pontem indignetur » et ripas sibi faciat multus et torrens iudicem vel nitentem contra feret, cogetque ire qua rapiet. Quintilien, inst. 12, 10, 60-61*

Le grain et l'ivraie

*Vates alioqui tersus et qui inter Elegorum principes merito statuatur, eruditus et uarius nec ab ullo uerborum ubertate et illa felici in minimis etiam rebus copia superabilis, atque (ut in summa quod sentio dicam) uero **adsimilis prato in quo omnia rident uigentque ceu sponte nata ac sine labore quasi ex naturae fecunditate profecta** ; quam si paulo ampliori cultura Naso **emendasset** nec adeo **per fertiles herbas lolium**, amoenum quidem uisu uerum inutile, pullulare permisisset, alium habuisset Ouidium Romanae linguae dignitas ac hodie apparet, quanquam ne hoc quidem modo deesse sibi quicquam uideatur. Vadian, Cap. 29, éd. Schäffer, t. I, p. 255-56.*

L'usage de la fable

Efferare solet iumentum qui paulo impetuosius verberibus adactum trahit, qui vero aut voce mulcet aut manu ingentem saepe taurum exiguo adligatum funiculo quo libuerit ducit. Vadian, De poetica, I, 21, éd. Schäffer, p.187.

Quo in genere hodie magna pars simulatae eruditionis sita est : nullo enim citius plerique vacillanti vulgo et inani plebeculae sese eruditos et sapientes esse videri malunt, quam rerum non vulgarium quas ignorant contemptu, ut interim quae iudicio caret multitudo secreta quaedam aut longe his praestantiora scire eos autumnet. Hi vulpeculam imitati testiculos contemnentem solius sese ostentationis aura nutriunt. Chapitre III De l'excellence du nombre, éd. P. Schäffer, p. 22.

La fable de la renarde qui méprisait les testicules

Sed vocat me defensio poesis, quam noster rabulus non desiderat. Credo equidem, nam nec **sues** margaritas curant, **gallus** Esopi jaspidem contempsit escamque magis quam iacinctum invenire voluisset. Contempnis, **asine**, poesim, spernis causas, **bos**, fugis humanitatis studia, **caper**. Contempnit et poesis te, nec te choros suos intrare permittet. In omnibus cum sis fatuus, miror in hoc uno te esse sapientem, qui cum videas obseratam tibi atque abditam poesim, nolle te suum commercium dicis. Sapere hoc est. Nunc te philosophum video, quia non cupis, quod non potes habere. Stultum est desiderare, quod assequi nequeas. Tu tamen ultra progredieris scientiarumque omnium splendorem vocas ineptias. **Vidit pendentes aselli testiculos vulpecula et prope casuros credidit. Secuta est predam sperans, at postquam diu frustrata est, quia non cadebant testes, o quam, inquit, nigri sunt, nunquam illos esse potuissem.** Nigra est tibi poesis, stulte, quia candorem ejus obnubilatis oculis non vides. ex Vienna, 1. Kalendis junii 1444.

Maturation et jachère

*Nec placet ante annos vates puer. Omnia justo
Tempore proveniant. Ah ne mihi **olentia poma**
Mitescant prius, autumnus bicoloribus uvis
Quam redeat, spumetque cadis vindemia plenis.
Ante diem nam lapsa cadent, ramosque relinquent
Maternos : calcabit humi projecta viator. Vida, I, 334-339*

*Nempe etiam alternis requiescere foetibus arva
Permittunt sponte agricolæ, et cessare novales.
Interea vires tellus inarata resumit,
Quique subit, **largis respondet frugibus** annus. Vida, I, 350-353*

De la greffe à la *translatio studii*

*Sæpe palam quidam rapiunt, cupiuntque videri
Omnibus intrepidi, ac furto lætantur in ipso
Deprensi, seu cum dictis nihil ordine verso
Longe alios iisdem sensus mira arte dedere,
Exueruntque animos verborum impune priores.
Seu cum certandi priscis succensa libido,
Et possessa diu sed enim male condita victis
Extorquere manu juvat, in meliusque referre:
Ceu sata, mutatoque solo felicius olim
Cernimus ad cælum translatas surgere plantas.
Poma quoque utilius succos oblita priores
Proveniunt.* Vida, III, 223-233

*Aut rursus enodes recantur, et alte
Finditur in solidum cuneis uia, deinde feraces
Plantæ immittuntur ; nec longum tempus, et ingens
Exiit ad caelum ramis felicibus arbor
Miraturque novas fronds et non sua poma.* Virgile, Géorgiques, II, 78-82

Métaphores de l'inspiration

1) Dii potius, felixque ideo qui tempora quivit,
Adventumque dei, et sacrum exspectare calorem,
Paulisperque operi posito subducere mentem,
Mutati donec redeat clementia caeli.
Sponte sua veniet justum (ne accersite) tempus.
Interdum et silvis frondes, et fontibus humor
Desunt, nec victis semper cava flumina ripis
Plena fluunt, nec semper agros ver pingit apricos. Vida, II, 405-412

2) Jam te Pierides summa en de rupe propinquum
Voce vocant, viridique ostentant fronde coronam
Victori, atque animo stimulos hortatibus addunt.
Jamque rosas calathis spargunt per nubila plenis
Desuper, et florum placido te plurima nimbo
Tempestat operit, gratumque effusus odorem
Ambrosiae liquor aspirat divina voluptas. Vida, III, 8-14

Métaphore et *enargeia*

Usque adeo passim sua res insignia lætæ
Permutantque, juvantque vicissim, et mutua se se
Altera in alterius transformat protinus ora.
Tum specie capti gaudent spectare legentes.
Nam diversa simul datur e re cernere eadem
Multarum simulacra animo subeuntia rerum.
Ceum cum forte olim placidi liquidissima ponti
Aequora vicina spectat de rupe viator,
Tantum illi subjecta oculis est mobilis unda:
Ille tamen silvas, interque virentia prata
Inspiciens miratur, aquæ quæ purior humor
Cuncta refert, captosque eludit imagine visus.
Non aliter vates nunc huc **traducere mentes**
Nunc illuc, animisque legentum apponere gaudet
Diversas rerum species, dum tædia vitat. III, 58-72

Audace et variété

*Nam diversa opus est veluti dare versibus ora,
Diversosque habitus, ne qualis primus, et alter,
Talis et inde alter, vultuque incedat eodem.
Hic melior motuque pedum, et **pernicibus alis**
Molle viam tacito lapsu per levia radit:
Ille autem membris, ac mole ignavius ingens
Incedit tardo molimine subsidendo.
Ecce aliquis subit egregio pulcherrimus ore,
Cui 1ætum membris Venus omnibus afflat honorem:
Contra alius rudis informes ostendit et artus,
Hirsutumque supercilium, **ac caudam sinuosam**
Ingratus visu, sonitu illætabilis ipso. III, 370-390*

A la manière de l'ourse

Hac de causa Horatius:

Omne (inquit) carmen reprendite, quod non [Pompilius sanguis, carmen reprehendite quod non]

Multa dies et multa litura coercuit, atque

Perfectum [praesectum] decies non castigavit ad unguem. [ars 292-294]

Sic Virgilium Maronem elaborasse versus accepimus: qui propterea dicere solitus est, se **ursino more carmen gignere, lambendoque effingere**. Huius exemplum imitari debent, qui in hoc genere studii versantur: totisque ingenii viribus eniti, ut quos ipsi gignunt versus, etiam arte forment atque perficiant, quantum possunt. Sabinus, *De carminibus ad veterem imitationem artificiose componendis praecepta bona et utilia collecta a clarissimo viro Georgio Sabino. Enumeratio eorum quae in docendo praecipue sequenda esse uideantur Graece & Latine exposita a Ioachimo Camerario*, Lipsiae, Valentinus Papa edebat, 1551

La mimesis est spécifique à l'homme

Maxima ergo artium pars imitatio est, quippe etiam cerdonica ex corticum fortuitis utilitatibus spectatis in animalium genere munimentis unguularum sese comparavit ad perones et carbatians conficiendas. [...] Sutrina quoque frondium expressit operimenta. Textrina ab aranearum operis tum fila, tum interconexiones meditata est. [...]

Haec igitur omnia cum poetae opera effingantur, eius finem totum fecit Aristoteles imitationem, quam omnium animantium soli homini attribuit tamquam peculiarem.

(VII, 2, p. 346b et Deizt, V, p. 490)

Le poète divin

*At poeta et naturam alteram et fortunas plures etiam ac demum sese istoc ipso perinde ac deum alterum efficit. Nam quae omnium opifex condidit, eorum reliquae scientiae tamquam actores sunt. Poetica uero, cum et speciosius quae sunt et quae non sunt eorum speciem ponit, uidetur sane res ipsas non ut aliae quasi histrio narrare, sed uelut **alter deus** condere, unde cum eo commune nomen ipsi non a consensu hominum, sed a naturae prouidentia inditum uideatur. J.-C. Scaliger, Poetices libri septem, I, 1.*

Sylvae. Caput XCIX

Materiam ὕλην dixerunt Graeci, inde **sylua** nobis ; innumeris enim paene uel operibus uel officiis suppeditatur a lignis materia. Grammatici recentiores quod inuenissent in libris uetustioribus alia uocali quam Graeca scriptum, a silendo deductum maluere, sane ridicule. Nusquam enim minus quam in **siluis** silentium; minima namque aura maximi strepitus excitantur. *Poetices libri septem*, III, 99, p. 150a.

Floridum

Floridum a pleno differt non essentia, sed accidente. Est enim et ipsum plenum, sed cui addat aliquid, quod sine iactura deduci queat. Hoc autem quod addit amoenum sit et faciat ad delectationem. Pinxit igitur illa eadem quae supra dixerat otia.

Fortunate senex, ergo tua rura manebunt
et tibi magna satis, quamvis lapis omnia nudus
limosoque palus obducat pascua iunco.
non insueta gravis temptabunt pabula fetas
nec mala vicini pecoris contagia laedent. 50
fortunate senex, hic inter flumina nota
et fontis sacros frigus captabis opacum;
hinc tibi, quae semper, vicino ab limite saepes
Hyblaeis apibus florem depasta salicti
saepe levi somnum suadebit inire susurro; 55
hinc alta sub rupe canet frondator ad auras,
nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes
nec gemere aerea cessabit turtur ab ulmo. [Bucolique 1]

Poetices libri septem, IV, 9

Etymologies

- 1) De nomine igitur sic : verrere est idem quod sulcare aut scalpere, tollere aliquid e superficie ita, ut depressio relinquatur. In ceris igitur stilo cum ducerent notas, frequentativo usi sunt sicut et agricolae. Vertunt enim terram, quia quod subtus erat supra ut sit faciunt. Sic Cicero dicit litteras exarare. Ad eum modum versus dicti sunt lineae illae sive sulci, quibus verba scribebantur, quemadmodum in Originibus exactius dictum est. Itaque in omni scriptura tractus singuli orationis versus appellati. II, 5
- 1) Similis his aequae vitiosus Leoninus. Nominis causam ignoro, nam tamesti leoni cauda est, tamen ea ventri non est vel par vel similis : id quod talibus evenit versibus. Nam quemadmodum in echicis cauda caudae respondet, ita in Leoninis cauda ventri. II, 29

Vers et plantes

Est et ille affectus, quo versus in versum mutatur. Nam et hoc in natura fieri et apud Theophrastum legimus De plantis et apud Aristotelem de animalibus, ut aliqua ex quibusdam fiant. Poetices libri septem II, 42.

Et il y a cette disposition selon laquelle un vers se change en un autre vers. En effet, comme nous le lisons dans l'ouvrage de Théophraste *Sur les plantes* et dans l'ouvrage d'Aristote *Sur les animaux*, il arrive dans la nature que des êtres vivants naissent de certains êtres.

In Libros duos, qui inscribuntur de Plantis, Aristotele autore, libri duo, Lutetiae, ex officina Michaelis Vascosani, via Iacobeae ab insigne fontis, 1556

I.C.S. Viri Clariss. Commentarii, et Animadversiones in sex libros de causis Plantarum Theophrasti. Exquisitiam rerum ac dictionum penitus abstrusarum Graecae Latinaeque linguae explicationem in his commentariis reipsa comperient lectores et ipse index operi additu monstrabit. Lugduni, Guillaume Roville, 1566.

Exercitationum liber quintus decimus, de subtilitate, ad Hieronymum Cardanum, Paris, Michel, Vascosan, 1557

Quattuor ex naturae decretis proposita nobis sunt. Primum historia plantarum : quae ueluti aurium pictura quaedam est. Alterum, earum differentiae, quibus species constituuntur. Tertium, causae, non quidem specierum : nihil enim medium est inter definitum et definitionem : sed causas accipimus, aut partes, ut materiam, et formam ; aut partium atque earum accidentium fines. [...] Quarto loco de generatione quaerendum est. In libros duos, qui inscribuntur de Plantis, Aristotele Authore, Libri Duo, Marpurgi, Apud Paulum Egenolphum, 1598.

Species ergo novas gigni posse, duobus modis intelligere licet. Aut quod ea, quae iam sunt, misceantur : quae sic haud penitus, et ἀπλῶς novae erunt : fiunt enim ex iis, quae sunt, tanquam ex partibus : id quod evenire videmus in insitionibus, quo non extabant modo. Exotericae exercitationes, fol. 319v .

Les qualités du style

Les quatre vertus (*virtutes*) du poète (III, 24) :

Haec igitur esto summa sic ; poetae prudentia, varietas, efficacia, suavitas.

Les quatre âmes (*animae*) de la poésie (VI, 6) :

Quae quum dico, ita dico vt illius admirator, quum enim quatuor animae sint Poeseos, neruus, numerus, candor, venustas.

Les qualités (*affectus*) du style (IV, 3-22)

1. Qualités communes aux trois styles (*affectus communes*, IV, 3-15) :

Permanentés (*perpetui*) : *perspicuitas, cultus, proprietas, uenustas, numerositas, plenitudo*

Occasionnelles (*non perpetui*) : *plenitudo, floridum, molle, suauitas, incitatio, puritas, acumen, acre.*

2. Qualités propres à chacun des trois genres de style (*affectus proprii*, IV, 16-22)

Grand style. Qualités permanentés (*dignitas, sonus*) et qualités exceptionnelles (*grauitas et uehementia*)

Style bas. Qualité permanente (*tenuitas*) et qualités occasionnelles (*uicissitudinariii*) : (*simplicitas et securitas*)

Style moyen. Qualités permanentés (*rotunditas, uolubilitas*).